[= Mscr. a. 7. Nr. 123]

D. Gerardo Veltio Ducis Cliviae
Concionatori et D. Nicolao
Rollio Wesaliensis ecclesiae
ministro.

Pax Christi.

Nisi vos gravissimas sustineretis duo praestantes viri doleret sic praeter usum, nunc impudens, sive obstrepa, imo quod venientes tam stupidum animal injecta manu ad vos receperitis, magnas gratias ago, non abluisti meos stupor a judaica fecis ingratitudine, qua ne agnovit quidem oblatum, quem magno cum desiderio expectaverat. Sed haec sunt communia generis et speciei vitia. In primo congressu tentabam disticho vobis gratiam referre, si tamen id esse putatis aliquod testimonium, nempe ut est in proverbio χρόνια [illegible]. Id cum non succederet dulcissima vestra consuetudine (qua nuper in ut festis quinquatribus fruendum erat) omnem cogitationem meam sibi vindicante, demum a vobis digressus itineri meo cum saepe suspirans penitu ris chartis quaedam emittit pedibus versiculos quibus exciperem scilicet reversos paulo urbanius quam in primo congressu. Eos jam tamen video natos non admodum feliciter ut qui nesciant tempori servire, tamen adscripta.

Dicite Cliviaci duo candida lumina coetus
Junii ipsis hodie nobis exorta Calendis
Quid struitis? quae cura animos trans astra volantes
Sollicitat? quae spe tandem quo ut omnia flentes.
Spargitis effoetis coelestia semina sulcis.
Dulces aia Velti et tu strenue Rolli
Quos urunt gregis afflicti certamina? quorum
Cordibus exarsit cruciati gloria Christi
Spargite a bono admala beata semina vitae
Spargite, quo melior messis se surrigat arvo
Scire nefas, aut quo pereant planta,
[illegible] clivo

Stat fide instructi nunquam non incubat atrox
Tempestas: instate operi conjungite vires.
Nec mora, scintillam scintilla et fulminis instar,
Prosiliet Dominus missis a funere functis.
Constanter probe, ac magna inter premia ducat.
Quare agite o memores pedibus quod curritis albis
Fundite larga pie puris de ventre perennis
Flumina, ne si quis ferventior ingruat oestus
Corrupto coeli tractu miseranda recurrat
Non ignota lues pravis et letifer annus.

Duisburgi scribebam Calendis junii 1562.

45a)

D. Aegidio Helio Francoforti.

[= Ascr. a. 7 = Nr. 124]

Diogenes laudasse fertur eos olim, qui uxores ducturi non ducerent, qui navigaturi non navigarent, quid remp. accessuri non accederent. Est ejusmodi quaedam in te solicita prudentia venerande frater, qua subinde tue prospectans, propiquie patrie jamdudum concedendum, tamen et funiculum reducis. Nobis quidem sane molesta est hec frustratio, talem commilitonem desiderantibus, sed tamen quae ex usu tuo familia sint, quaeque ad animi tui tranquillitatem faciunt, ea velim facias constanter non habita ratione nostri. Itaque ut nuper tuis superioribus in magnum gaudium conjectus sum, ita nunc proximis animi sane deiectus, in tuo consilio quod reprehendere non possum lubens acquiesco. Non licet homini ita esse ut vult cum res non sinit. Et quo tandem se vertat cultor dei ubi stabile perfugium sibi et liberis mancipari possit. Sane regni nostre Ecclesie ratio sic hactenus laborat ut ei quod perfectioribus asseverat, non admodum probari possit. Concionator non optimus, congressus languidi, neglecta disciplina, cetus exigui, Schola nulla. Deploranda sunt hec, et tanquam fati quaedam necessitates obfirmato animo saepe ferenda. Istic etiam nunc scio res meliores esse in congressibus germanicis, quamobrem sane mirari non possum, dum te video mature consilium mutasse. Et tamen unum hic magnum est, pro quo neque pari magnanimus magnifice Deum laudare contendit, quod in gubernatione et spiritualis et civilis vite prorsus liberi sumus. Hoc beneficium omnis quibus Deus